Ex capit. 33. lib.
ordinarij diuinorum.

In Sabbato ante dominicam palmarum
intimant canonici in capitulo
publice omnes proprietarios, conspi-
ratores, incendiarios et fures
quod absint, si qui essent in
monasterijs religiosi, quinta
proxima feria excommunicandi
nisi resipiscant sub hac forma
verborum.

Nos. N. diuina permissione
Abbas huius monasterij iuxta
antiquam et approbatam con-
suetudinem in ordine nostro mo-
nemus et requirimus primo, secundo
et tertio peremptorie omnes et sin-
gulos nobis regulari professione
subiectos, proprietarios, conspi-
ratores, fures, et incendiarios
ut infra triduum proxime et
immediate sequentem se de huius-
modi vitijs damnabilibus expurget

alioquin ipsos omnes & singulos in
sacris constitutos ab ingressu
ecclesie & officio divinorum
suspendimus, quam suspensionem
si animis quod absit per diem
proximum & immediate huius-
modi nostram admonitionem seque-
tem sustinuerint indurato
ipsos una cum aliis laicalibus
personis excommunicamus more
ordinis, die ex tunc proximo sub
sequente.

Ex eodem lib. cap. 36.

Feria quinta ante pascha mane
in capitulo habita locutione
de ordine abbas postulet sibi
presentari stolam & virgam
pastoralem. Quibus a vadista
sibi traditis & accensa candela
in scriptis excommunicet omnes
proprietarios, conspiratores
incendiarios & fures monachos
et conversos sub hac forma ver-
borum.